

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

32. De mixtura Figurarum, cum loco enumerationis, & quibus ornamentis  
amet vestiri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

emptas, in quibus ipsa illa quæ lucet varietas, subditis medicamentis in similitudinem verè coloratur: Video istic menas, & æstimatum lignum senatoris censu, eo pretiosius quo illud in plures nodos arboris infelicitas tortis: Video istic crystallina, quorum accedit fragilitas pretium: Omnia enim rerum voluptas apud imperitos, ipso quo fugare debet pretio, crecit: Video murrhina pacula: Parum scilicet luxuria magni fuerat, nisi quod vomant, capacibus gemmis inter se propinarent: Video vñiones non singulos singulis in arietibus comparatos: (iam enim exercitatae aures oneriferendo sunt:) Iunguntur inter se, & insuper alij binis superponuntur. Non satis muliebris insania viros subiecerat, nisi bina aut terna, patri monia auribus singulis peperissent. Video scericas vestes, si vestes vocandas sunt, in quibus nihil est quo defendi corpus, aut denique pudor, possit: quibus sumptis mulier, parum liquidum nudam se non esse iurabit. Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accelerunt, ut matronæ nostræ, ne adulteris quidem plus suo in cubiculo, quam in publico ostendant, &c.

Parum igitur, si dixisset, video luxum huius ciuitatis profusissimum, singulas partes, & adiuncta lux exutit: vnde vis & amplitudo huius orationis. Sed Nounus Dionysius 4. Cadmi pulchritudinem à angulis partibus colligit:

Οἴδα τὴν παλάμην ἥσοδος τελον, εἴδον  
σπερτίον

Ηδὲ μελισχύστας, ἐφωτόκε δὲ προσώπῳ

Ως ἥσδα φονιοσθεὶ παρῆσε, ἀχροφῶν  
δέ

Δίχρον χιονίων ἀμαρύσσεται ἵχνα ταρ-

σῶν.

Et cætera, quæ in thesauro Græce poësos attuli, & interpretatus sum.

Longè alio modo Lactantius, Dominice crucis acerbitatem, à singularum partium cruciatu exaggerat:

Vertice ad usque pedes me lustra, en aspice cri-

nes

Sanguine concretos, & sanguinolenta sub-

ipis

Colla comis, spinisque caput crudelibus han-

sum :

Vndiq; diua pluent visum super ora cruce-

rem:

Compressi speculare oculos, & luce caren-

tes,

Afflataque genas: arenem sufficie lin-

guam,

Felle venenatam, & pallentes funere vul-

tu;

Cerne manus clavi fixas, træcto que lacer-

tes:

Atque ingens lateri vñinus: cerne inde fluo-

rem

Sanguineum, fñque pedes, artusque cruin-

sos:

Fl. de genu, lignumq; Crucis venerabile ade-

ra;

Non alio modo Seneca direptionem urbis amplificat: Vires in consilio sunt: velut sigao ad Sen. 1.7.47 permiscenda omnia dato, nou igni, non ferro benef. 6.27 abstinetur, soluta legibus sclera sunt; nec re ligio quidem, qua inter arma hostil. i suppli-ces texit, vñum impedimentum est ruentum in prædam. Hic ex priuato, hic ex publico, hic ex prophano; hic sacra rapit, hic effringit, hic transflit; hic non contentus angusto itinere, ipsa quibus acetaret, euerit, & in lucrum ruinā vertit; sic sine cæde populatur, hic spolia cruenta manu portat, nemo non ferri aliquid ex altero: & Hieron. epist. 8. lib. 1. de sene centenario. Oculi puro lumine vigent, pedes impriment certa vestigia, auditus penetrabilis, dentes candidi, vox sonora, corpus solidum, & succi plenum: cani cum rubore discrepant, vires cum ærato dissentunt: non calidi acumen ingenij frigidus sanguis obtundit, non contraria rugis faciem aiata frons exasperat: non denique tremula manus per curuos cœræ apices erisant stylum dicit.

Quid moror omnes fermè descriptiones & amplificationes hunc locum includunt.

De mixtura figurarum, cum loco enumeratio-  
nis, & quibus ornamenti ame-  
re vestiri.

## C A P V T XXXII.

N Eque vero satis est huius loci vim nosse & opportunitatem, nisi intelligas quibus tē-  
perari debeat coloribus, quibus ornamenti  
excitari.

Amat

*7. de  
benef. c. 25.*  
Amat igitur imprimis tractati per anaphoras, quod exemplum Seneca superius allatum satis indicat. Addam & aliud, ex quo facilis discere poterit, quo artificio longior partium enumeratio tractanda sit, vrbis diuisio & lacrimis influat: (Alius libidine insanit, alius ab domini seruit, alius inerti torus est, alius causa ambitione in gladios ruente.) Iam, ne tardius afferat eadem vox nimis repetita, immutat. (Adiace corporem mentis, ac senium, & hunc contrarium inquieti pectoris agitationem, tumultusque perpetuos; adiace aestimatioem sui nimiam, & tumorem, ob quem contemnendus est, insolentem: iterum variat) Quid consumaciam in peruersa nientium, quid levitatem semper alio transiliente loquatur? (nec satis) Huc accedit temeritas praecipit, & nonquam fidele consilium datus timor, & mille errores, quibus voluimus, audacia temidisimorum, discordia familiarissimorum, & publicum malum, incertissimis fidere, fastidire posse, quae consequi posse spes non fuit.) Hoc optima variandi ratio.

Alius ornandi modus est per distributionem, cum vnaquaque enumeratarum partium suo proprio verbo concluditur.

*Cypr. de  
land. mar  
tyr. pag.  
429.  
Aug. de  
land. chari  
tatu.*  
Sic eleganter Cyprianus de laude martyrum. Si iustus es, & Deo credis, quid pro eo sanguinem fundere metuis, quem pro te tortes passum esse cognoscis? in Isaac sectus, in Abel occisus, in Isaac immolatus, in Joseph venundatus, in homine crucifixus. Tum disertissime Augustinus de laude Charitatis. Charitas in Abel per sacrificium烈士, in Noe per diluvium secuta, in Abraham peregrinatione fidelissima, in Moysi inter iniurias lenissima, in David tribulationibus mirissima, in tribus pueris blandos ignes innocentem spectat, in Machabaeis leuos ignes innocenter tolerat, casta in Susanna supra virom, in Anna post virum, in Maria præter virum, libera in Paulo ad argendum, humilis in Petro ad obedendum, humana in Christianis ad confundendum, diuina in Christo ad ignoscendum.

Tertius modus est per subiecctionem, cum qua huic loco frequens, & penè necessarium commercium, maxime cum obiecções remouendæ sunt. Sic Cicero in oratione de provincijs Consularibus. Nam ipse Cæsar, quid est, cur in prouincia commorari velit: amicitias cum, credo, locorum, vrbium pulchritudo, hominum, nationumque illarum humanitas, & lepos, victoriz cupiditas, finium

Imperijs nostri propagatio retinet: Sic per subiecctionem causas omnes exponit.

Deinde ad singula respondet, seruato eiusdem ordinis tenore. Quid illis terris alpierias quid in cultius oppidis? quid nationibus immansis? quid porrò tot victorijs præstabilis? quid Oceano longius inueniri potest? An redditus in patriam habet aliquam offensionem? vtrum apud populum, à quo misus est: an ad Scutatum, à quo ornatus est: an dies auger eius desiderium san magis obliuionem? an laurea illa magnis periculis parta, amittit longo interuum viriditatem?

Quatus per congeriem, cum qua magna habeat affinitatem, cum præsertim utrumque ad ampliationem sit natum.

Huiusmodi est ex prima Catilinaria exemplum.

Quid enim Catilina est, quod te iam in hoc verbo delectare possit? in qua nemo est, ex istam coniurationem perditorum hominum, qui te nō metuant nemus, qui te nō oderit? Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vice tua est? quod priuatuarum rerum dedecus non *Cic. in hell.* hæret infamia? quæ libido ab oculis? quod scincus à manibus inquam tristis? quod flagitium à toto corpore absunt? cui tu adolescentulo, quem corruptelatum illecebri irretiles, non ad audaciam ferrum, aut ad libidinem faciem præstulisti? Quid vero nuper, cum morte superioris uxoris, nouis nuptijs domum vacuam fecisles, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? quod ego prætermitto, & facile patitor fieri, ne in hac ciuitate tantæ facinoris immanitas, aut extirpescit, aut non vindicata effe videatur; prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties. Ad illa venio, quæ non ad priuatarum ignominiam vitorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem, aut turpitudinem, sed ad famam, atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.

Ita congeriem malorum, quæ Catilinam partim impeditum, atque obstrictum tenent, partim etiam illi minantur per partium conguam enumerationem expressit. Et Julianus Imperator, compendio syntagma Libanij commendans, omnes virtutes confertas colligit, partium enumeratione *synopsis* includens, Ωλος, ὁρθεις, αγανεις, αδιαιρετις, αποχειρωτικα, α ταξις, α διοργανη, α

*Y* *A.*

Longum esset omnia recensere, satis fuit  
dixisse, hunc locum ad omnem amplifica-  
tionem esse accommodatissimum, & ad tra-  
nslationem, ornatum, & illustres figuras des-  
cere.

## De Inventione, &amp; Locis.

marum sunt imagines, quibus materia sapientie  
ingenio languida excitatur, & animatur. De-  
nique ad integrum totius perfectionem ad-  
ducuntur accentus, qui eas quas Physis operati-  
vitas nominatae, formas exhibent. Ex quos qui  
Hebraica (ut aiunt) nominaliquid, & accur-  
ate pronunciat, coelestis & inferioris mundi &  
Inscriptio  
Zoar.  
economiam depingit. Hæc Rabbinorum com-  
menta, quæ ab ijs esse confusa non miror, sed  
à viris doctis hæc magni fieri & curiosius in-  
vestigari, hoc admiratione magis dignum est.  
Vigilans certè istas, & alias huiusmodi fa-  
bulas, in suis characteribus commemorat,  
quas non confutat, sed tamen refellere non est  
ad eò operosum, cum ipsam leuisimo ista  
impulsa corrunt. Mitto enim quod hunc sy-  
derum tactum inducat, qui Astrologi mul-  
tarum in scriptis, atque ipsiusmet imperatis  
fundamentum esse solet: Vnde hoc didicis  
Zoar, astrorum influxus à certis literis signi-  
ficari, quas Adam cuique nomini, secundum  
varios syderum aspectus commodavit?

Quid igitur, cum tantum septem literæ pla-  
netis inferantur, quos in hæc inferiora potissi-  
mum influere volant, existim septem literis o-  
mnia confestim omnia coalesceat oportebit?  
Sed fingamus novemdecim literas celo tri-  
bui, & ad significandos syderum variis influ-  
xus assunti: quid igitur certe quæ istam  
stellarum vim non significant, à nominum  
compositione perpetuò exulabunt, siquidem  
eas tantum inseri oportet, quæ cum celo &  
syderum tactu commercium habeant? Deinde:  
cum formè omnia ex tribus radicalibus literis  
apud Hebreos sint constata, trium igitur tan-  
tum syderum aspectum patientur omnia, ce-  
tera erunt otiosa: Iam, cum ijsdem prolsus li-  
teris constent nomina, non modò diuersæ  
sed constringat prolsus significationis, aut res  
easdem natura esse oportebit, aut certè inane-  
stos astrorum influxus. ¶ Apud Hebreos  
significat sanctum esse, idem immundum esse.  
Vnde ¶ Hosee 4. vers. 14. dicuntur ef-  
feminati, & caramiti. Iam quæro à Zoore, qui  
fit ut cum eadem sicut literæ, & ijsdem syderum  
influxus ipsis literis illigati, res tamen inter-  
diffimillima sint, ut una sancta sit, altera o-  
mni execratione dignissima.

Postremò, quid literarum nobis mundum  
fabricat? cur tres tantum literas elementis  
tribuit? Quartum, aut nullum erit, aut iniquum  
cum illo actum erit, cui nulla commoda-  
 fuerit literula. Denique aut ante istas lie-  
ras

## DE NOTATIONE NOMINVM.

An nomina sunt naturæ coelestis?

Confutatur Zoar, & Rabbini.

## CAPUT XXXIII.

**N**obilissimam quæstrionem, atque inter  
principes Philosophos discrepantibus sen-  
tentias agitatas, hic locus obiter excutiendā  
monet. Si enim quod à Platone dictum est,  
nomina sunt à natura, tanto plus autoritatis  
nominum notatio apud quoque sapientes  
habitura est. Quia in re nugatoria sunt docto-  
rum Hebreorum sententiae. Nam (ut cetera  
omittam) qui de his ipsis arcanis fabulosissimè  
conficiptus est liber Zoar, A datus refevit,  
cum nomina rebus imponeret, magna rex ea,  
quæ florebat rerum scientia & dubituisse reli-  
gionem. Literas enim non quæcunque tumultu-  
riè artipuit, sed eas inquisivit, quæ rectius  
& influxus syderum, rei denominante minis-  
terio, iam ab æternâ mente destinatorum, si-  
gnificant.

Zoar epiphany  
no. 2.

Addit præterea mundum ex viginti duabus  
literis esse conflatum, quarum tres tribus ele-  
mentis duodecim, Zodiaci signis, septem  
etiam errantium stellarum orbibus sunt ac-  
commodeatae. Has vero ultimè loco nume-  
ratas duobus modis pronunciati, acuto scili-  
cket, & remissiori sono. Cum planetas signifi-  
cant in suis domiciliis constitutos, liquidissimè,  
& sonantius efficerentur, quod tunc ipsarum  
stellarum sit vis acutor, & impetus concitatior.  
Quod si easdem, ab ijs, quas assignant Astrologi  
syderibus peregrinantes planetas exhibe-  
re volunt, literas mollius, & languidius pro-  
nuntiant, quod res ipsis viribus desitui, & e-  
mortuo veluti vigore tabescere dicilient. Iam  
vero literæ corporeas rerum creatarum par-  
tes designant, quod sine voce sint, & quæsi in-  
termortuæ, puncta vero ijsdem affixa, quæ a-  
pud Hebreos vocalium instar obtinent, for-